Melanchthon, Philipp; Vögelin, Ernst [Editor]; Camerarius, Joachim [Oth.]: Liber Continens Continva Serie Epistolas Philippi Melanchthonis Scriptas Annis XXXVIII. Ad Ioach. Camerar. Pabep.

Lipsiae, 1569 Seite 1



ANNO M. D. XXII. I

IOACHIMO CAMERARIO FRATRI SVO BAMBERGAE,

S. D.

MACTE ISTIVS ANIMI, MI Iochime & obdura aduersus fortunam, Id vero facile fiet, si ob oculos posueris, τὴν τοῦ χριστοῦ εἰκόνα, ad quem non alia ratione propius accesseris, quam ferendis tot malis. Neque dubitare debes, quin ille sit fœlicem καλαστροφὴν huic fabulæ inuenturus. scis quo animo hæc ad te scribam. Nolo autem eadem toties ingeminare, ne videar χρὴ παροιμίαν, δὶς κόκινθον. Cum ipse satis intelligas, vnde aduersum communes casus petendum sit remedium. Expectat te Quintilianus hactenus, quod dignum interpretem neminem habere licuerit. Nisi alienum est à rationibus tuis, nihil possis magis pium suscipere, quam sit docendi prouincia. quæ, quanquã sordida videatur, tamen à pijs contemni non potest. Verum his de rebus ipse tecum statues. Ego nec optare, nec velle aliud possum, quam quod sit commodũ tibi. Semirheticus ille, nescio cur sit iniquior nobis, cũ tamẽ, quod iurato credas, candidissime, optimaq; fide, semper & cum ipso omnia, & de ipso apud amicos egerim. Non scribam ad hominem, νεανικῶς vt video ineptientem, quod si videtur, scribas tu ad eum, vt salutet nos aliquando per epistolam, qui eum, ita me deus amet, vnice semper dileximus, eumque animum, non vno beneficij genere testati sumus. Sed vt video, barbarum ingenium est. Verum

A sinamus